In nomine Patris : et Filii : et Spiritus Sancti : Amen. Hec est littera fori et firmissimum pacti. quam ego
Domnus Rodericus Egidii prior hospitalis in Portugalia. una cum fratribus nostris. facio vobis hominibus de Pennela nova
presentibus et futuris. de illa terra de Proencia nova. Damus vobis ipsam terram ad possidendum et habendum tali pacto
quod nos habeamus quintam partem de tota terra ipsa. tam de mala quam de bona. et vos habeatis tres partes. et domus hospitalis ha-
beat semper omnes ecclesias de ipsa terra integras et liberas. cum suis decimis. et primiciis. et mortuariis. et cum omnibus suis pertinenciis.
In omnibus aliis causis et rebus habeatis totum forum de Oleiros. Mandamus siquidem ut duas partes de caballariis va-
dant in fossado hospitalis. tercia pars remaneat in villa cum pedonibus. et una vice faciat fossadum in anno. Et quando fuerit in
fossadum: pectet pro fosso. v. sold. pro fossadeira. Et pro homicidio: c. sol. palatio. Et pro casa derota: cum armis. scutos. et spa-
das. pectet. ccc. sol. vij. palacio. Et qui furtaverit pectet pro uno novem et habeat intentor duos quiniones. et vij. parte pala-
cio. Et quando mulier afreciar et illa clamando dixerit quod ab illo e afreciada et ille negaverit de illa in outorgamento. iij.
homines tales quales ille fuerit. et ille iuret cum. xij quod non fecit. Et si mulier non habuerit autorgamento. iuret ipse solus.
Et si non potuerit iurare: pectet ad illam. ccc. sol. et vij. palatio. Et testimonia mentirosa. et fideiussore mentiroso: pectet. lx. sol. vij.
palatio. et duplex habere. Et qui in concilio. aut in mercato. vel in ecclesia aliquem percusserit: pectet. lx. sol. medietas detur palatio.
et medietas concilio. Et de medietate concilii: vij. det palatio. Et homo qui fuerit gentilis. aut erdador: non sit ma-
iordomus. Et qui in villa pignus miserit: aut fideiussorem. et ad morte fuerit pignorare: duplex pignora et pectet. lx. sol. et
vij. palatio. Et qui non fuerit ad signum iudicis: et pignus de manu sagionis acceperit: pectet iudici. i. sol. Et qui non fuerit ad
apelidum milites aut pedones exceptis his qui non sunt in alieno servicio. miles pectet. x. sol. minus. Pedo ii. v. sol.
Et qui habuerit aldeyam. et unum iugum boum. et x. oves. et unum asinum. et ij. lectos emat caballum. Et qui fregerit signum cum
sua muliere: pectet iudici. j. sol. Et mulier de benedictionibus que marithum suum reliquerit: pectet. ccc. sol. et vij. palatio. Et qui dimiserit
uxorem suam: pectet. unum denarium: iudici. Et qui caballum alienum equitaverit: pro uno die pectet unum arietem. Et si anagis
fuerit ad aliam partem: pectet. pro uno die. vj. denarios. et pro una nocte. i. sol. Et qui vulneraverit cum lancea. aut cum gladio pola entrada pectet. x. sol. Et si tran-
sfixerit. [illegible] pectet vulnerato. xx. sol. Et qui fregerit oculum. aut brachium. aut dentem. pro unoquoque membro pectet vulnerato. c.
sold. et ille det. vij. palacio. Qui mulierem alienam ante marithum suum percusserit: pectet. xx. sol. vij. palacio. Qui marcum alienum in sua
hereditate mutaverit: pectet. v. sol. vij. palacio. Qui limidem alienum fregerit: pectet. v. sol. vij. palacio. Qui conductarium alienum
mataverit: pectet homicidium suo amo. et det. vij. palacio. Similiter de suo ortolano. et de quintero. et de suo molneiro. et de suo solariego.
Qui habuerit vasallos in suo solar. aut in sua hereditate ubicumque in toto regno Portugalie hereditates habuerint non pectent. nec
serviant ad aliquem hominem de tota sua facienda. nisi dominis hereditatum. Mercatores de Proencia per totum regnum Portugalis non pectent
nullam caloniam nisi per forum de Oleiros. Tendas. et azolinos. et fornos. de hominibus de Proencia: sunt liberi de foro. Milites de Proencia:
sint in iudicio pro potestades et infanzones de Portugal. Clerici vero habeant forum militum. Pedones sint in iudicio pro caballariis vil-
lanis de alia terra. Qui miserit nozenço suo vicino per hominem foris ville pectet. x. sol. vij. palacio. Ganatum de Proencia non sit montaz-
du in nulla terra. Et miles qui perdiderit suum caballum quousque habeat alium: sit excusatus per unum annum. Aucupium quod mactaverit homi-
nem. [illegible] fuerit ville et fugerit suus dominus pro eo non pectet homicidium. De totis querelis de palacio iudex sit vocero. Qui in villa pignorare
[illegible] cum sagione et sacudiverit ei pignus concedat sagion et perdat gellum de tribus collationibus. et pignoret pro lx. sol. medios ad concilio et medios
[illegible]. Homines de Proencia: non sint emprestamo dados. Et si homines de Pennela habuerint iudicium cum hominibus alie terre non currant
inter illos firma. sed currat per inquisitionem. aut recto. Et homines qui voluerint pausare cum suo ganato in terminis de Pennela accipiat de illo montadigo. sci-
licet de omni ganato. vij. carneiros. Et de busto de vaccis: unam vacam. Iste montadigo est de concilio. Et omnes milites qui fuerint in fossado. vel in garcia omnes ca-
ballos que perdiderint in algara vel in lide. per unum excercitum eos sine quinta. Et presta det vobis quinta directa. Et omnis homo de Pennela qui invenerit aliquem hominem
alie ville in suis terminis tallando. aut levando madeira de montibus perdat totum quod ei invenerit sine caloniam. De azarias et de gardis quintam partem
[illegible] sine ulla offectione. Quicumque ganatum domesticum pignoraverit vel rapere fecerit pectet palatio. lx. sol. et duplex ganatum suo domino.
Testamus vero et pro hemium firmamus: ut quicumque pignoraverit mercatores. vel viatores. christianos. iudeos. sive mauros. nisi fuerit fideiussor vel debitor: qui-
cumque hoc fecerit pectet palatio. lx. sol. et duplex ganatum quod perdiderit domino suo. et insuper pectet. c. [illegible] pro cauto quod fregerit. dominus habeat medie-
tatem. et concilium medietatem. Si quis ad villam nostram per unum miserit eos aut aliquam rem acceperit [illegible] mortuus vel percussus fuerit. non pectet pro
aliquo in calumpnia nec suorum parentum habeat homicidium. Et si rancura de ipso ad regem vel dominum terre venerit: pectet. c. morabitinos. medietas palatio
et medietas concilio. Mandamus et concedimus quod si aliquis fuerit latro et si iam per unum annum vel duos furatus vel rapere reliquerit. et postea si palatium
[illegible] fuerit quod cuiquam commiserit salvet se tanquam latro. Et si latro est et latro fuerit: omnino pereat. et sufferat penam latronibus. Et si aliquis reperit
per furtum et non est latro neque fuerit: respondeat per suum forum. Si aliquis homo filiam alienam habuerit ut donet eam suis parentibus et pectet illis. ccc. morabitinos.
et vij. palatio. et insuper sit homicida. De portagem fixo de trossel de caballo de pannis de lana. vel de lino. i. sol. De trossel de fustanes. v. sol.
De trossel de pannis de color. v. sol. De carrega de pescado. i. sol. De carrega de asino. vi. d. De carrega de pellibus christianorum conilios. v. sol.
De carrega de mauris de conilios. i. morabitinum. Portagem de caballo que vendiderint in mercado. i. sol. De mulo. i. sol. De asino. vi. d. De bove. vi. d.
De carnario. iij. medalias. De porco. ij. d. De fino. ij. d. De carrega de pane. vel de vino. iij. medalias. De carrega de peon. i. d. De
mauro que vendiderint in mercato. j. sol. De mauro qui se redimeret: decimam. De mauro qui talia [illegible] domino decimam. De corio de vaca. vel de zeura. ij. d.
De corio de cervo vel de gamo. iij. med. De carrega de cera. v. sol. De carrega de azeite. v. sol. Iste portagem est de hominibus foris ville. tercia pars de ista
portagine det suo hospitali. et duas partes domino terre. Moratores de Proencia non dent portagem. Et concedimus ut omnis christianus quicumque sit servus et
qui in Pennela habitaverit per unum annum: sit liber. et ingenuus. tam ipse quam omnes progenies eius. Et homines de Proencia habeant concilium cum terminos de
Proencia. Nos etiam frater Rodericus Egidii prior hospitalis volumus et confirmamus omnia supradicta que continentur in presenti littera et si aliquid deest in presen-
ti littera omne forum et consuetudines que habent in Oleiros: que sunt scripta in presenti littera [illegible] non sunt scripta. volumus et confirmamus quod tam pro istis quam
[illegible] concilium de Proencia in omnibus adimpleantur. exceptis quod ecclesiis decimas. primicias. et omnibus [illegible] ecclesiarum pertinentiis. que omnia libere et pacifice debet pa-
rere domui hospitalis et dictum concilium de Pennela tenetur obedire in omnia eidem domui hospitalis. et [illegible] fratribus et fidelitatem et bonam fidem eis in omnibus observare.
Et si quis hanc litteram vel hoc pactum et conventionem malignus infringere voluerit: aut fieri temptaverit [illegible] tam de fratribus quam de concilio. et in omnibus actentis [illegible]
[illegible] vel sui successores contra dare voluerit: sit maledictus a summo deo. et excomunicatus. et cum datan et abiram in perpetuum deleatur. hanc vero presentem cartam nos
dicti frater Rodericus Egidii prior hospitalis consensu concilio fratrum nostrorum propria manu confirmamus. et [illegible] sigillo munimus. Facta littera fori et consuetudinis. mense
aprilis. Era M. CC. lxxx. ij. [illegible] concedimus et confirmamus vobis terminos assignatos. Pennam de Cabeza [illegible] et inde ad cimalia de Meigios [illegible] quomodo vadit
[illegible] de Meigios [illegible] intrat in [illegible] et quomodo exit de [illegible]: et vadit ad valle de Sueiro [illegible] et inde ad cimam de Sena ad directum ad talia dorre
de [illegible] et inde ad talada de Guilelme. et inde ad [illegible] quomodo vadit [illegible] ad ueresa [illegible] quomodo vadit per venam de Uersa ad Infeshi. et per [illegible] de [illegible]
[illegible] ad Infeshi. et inde per azambugeira ad Infeshi. et inde ad cimaliam de Sena de [illegible] et quomodo vadit [illegible] a sopee aafoz dulreguin. et inde
[illegible] de bregium in [illegible].

Et de omnibus ganatis de hospitali non [illegible] montados in Pennela vel in suis terminis. Ego frater [illegible] Egidii
[illegible] cum [illegible] manu [illegible]. F. fr. Iohannis Menendi firmat. F. fr. Martini Gomecii [illegible] F. fr. Iohannis Garsie. cf. F. fr. [illegible] Menendiz. cf. F. fr. Pe-
tri Petri [illegible] cf. F. fr. Martini de Amedoa. cf. F. fr. Alfonsi Furmei. cf. F. fr. [illegible] cf. F. fr. Sugerii Bartani. cf. F. fr. Stephani pe-
[illegible] capellani. cf. [illegible] Petri alcalde et sesmeiro. ts. Laurencii [illegible] ts. [illegible] sesmeiro. ts. Martini Gomecii. ts. [illegible] ts.